

M P V I

1 6 3 1

Ny  
3027



- I. Epithalamia mihi M. Iera conscripta.
- II. Elegia dua mihi et Collegis meis in Senatu conscriptae.
- III. Nuptiis Johannis Grubii et Charitatis Hirscheriana conscripta Caemina
- IV. Nuptiis Petri Matthaei Wesenbecii et Sarae Osterosia.
- V. Nuptiis Valerii Ruchgeri et Dorotisea Mariae ab Enden.
- VI. Nuptiis Johannis Hamelii et Magdalenae Hulderiana.
- VII. Gratulatio Johanni Fabrius Consuli et Collegis.
- IIIX. Nuptiis Andreae Woltzei.
- IX. Leisepredij L. M. Casparo Ulrich Angelen
- X. Nuptiis Dn. Rudolphi Principis Anhaltinae et Comitissa in Oldenburg
- XI. Nuptiis M. Caroli Jacisii.
- XII. ~~Leisepredij~~ Leisepredij L. M. Casparo Ulrich Angelen
- XIII. Nuptiis Frederici Hamelii.
- XIV. Nuptiis Matthaei Woltzei.
- XV. In Obitum Dorotisea Hagen Dn. Wendelini filio.
- XVI. Propemptica Dn. Martino Fuschio scripta.
- XVII. Nuptiis Dn. Johannis Ernesti Eidermanni.
- XIIIX. Leisepredij Amy. Egidij Wuyntzer gratulatio
- XIX. Propemptica Dn. Johanni Sturmio scripta.
- XX. In Honorem Magistrum Frederici Steffonis et Ernesti Wulstoppii.
- XXI. Leisepredij L. M. Johanni Brendelio gratulatio
- XXII. Nuptiis Dni Frederici Grubij.
- XXIII. Leisepredij J. Ernesto Von Lotzham gratulatio
- XXIV. Gratulatio ad Dn. Rudolphum Principem Anhaltinum de filio  
nato Johanne.
- XXV. Nuptiis Johannis Mutii.
- XXVI. Leisepredij Amy. Dorschii Eisdleri Valerii Wulstoppii gratulatio
- XXVII. Ad Dn. Augustum Homagii accipiendi causa Erwigii ingressu
- XXIIIX. Nuptiis Ottonis Von Jörn.

16

Gold...  
Halle...  
In...  
K...  
It...  
In...  
G...  
In...  
St...  
H...  
I...  
A...

AD...  
...



PROPEMPTICA

Viro Reverendo & Clarissimo,

DN. M. MARTINO FUSSELIO

CONSILIARIO ECCLESIASTICO BRANDEBURGICO,  
VERBI DIVINI IN ECCLESIA ORTHODOXA COLONIÆ AD SVE-

vum, felicibus auspiciis, nascente & crescente, primario præconi: Cum à Serenissimo Electore  
Brandenburgico JOHANNE-SIGISMUNDO & C. (ò felix! ò faustum!) ex Anhaltinatu in Marchiam, ad sanctam sanctæ  
reformationis telam pertendendam, evocatus, clementissimo Illustrissimorum Principum Anhaltinorum indultu,  
magno sui apud priores auditores relicto desiderio, emigraret, 8. Decemb. Anno 1614.

Scripta & consecrata ab amicis.

IN *obitum* } M. CASPARIS ULRICI } *collegarum*  
          } *unicè*  
          } *abitum* } M. MARTINI FUSSELLII } *dilectorum*

Collegam abripuit mihi te mors immatura,  
CASPARE, ò animæ portio magna meæ!  
Collegam abjungit mihi te fors improvisa,  
MARTINE, ò animo multum adamate meo!  
Improba sed quem mors, quem fors rapit invida, quodã  
In cœlo, fiet, reddat ut una dies.  
Corporis interea mole absens, pectore præsens  
Ut, MARTINE, tibi; sic tibi, CASPAR, ero.  
M. Johannes Theopoldus.

Vive diu, sed vive DEO, Martine, piisq;!  
Fusseli, æternum vive valeq; tuis.  
Cætera quæ dulces tibi cunq; precantur Amici,  
Hæc facio toto pectore vota PETRUS.  
Petrus Schuman.

LUCTA Anhaltinatus & Marchia.

FATA trahunt, retrahuntq; virum: mens fluctuat inter  
Ancipites curas: sed prece lucta cadit.  
Dulce solum Sorabum se hoc hospite sospite jactat;  
Invidet hæc Sorabum, Marchia, Fata solo.  
Hic imã lolium nostris radice revellet,  
Ex agris, Sorabum gens ait, arte sacrã.  
Sors, insit, melior vestra est, gens Marchica, nostrã,  
Jam dudum cultos vos habitatis agros;  
Erramus miseri per inhospita tesqua, proculq;  
Cernimus agricolis semina sacra jaci.  
Cedite Marchiacis, Sorabum gens dives, egenis,  
Ad nos è vestro flumina fonte fluant.  
Audiit hoc Numen, Sorabum gens audiit. Eia  
Quem petitis, vester sit mane atq;, virum.  
Sed nostri memores olim, benè si bona nostis,  
Estote, & matrem nos redamate piã.  
M. Marc. Frider. VVendelinus gymn. Rect.

Lusus ex monostichis Poëtæ Megarensis: Haud sunt amici,  
qui procul degunt.

Nitua, docte, fidem fallunt oracla, Menander,  
rumpit amicitia vincula sacra locus.  
Testis adest ratio: flammis nisi flatibus aura  
præsens exercet, viribus orba cadit.  
Nec gemmas Germanus amat, quas occulit Indus,  
nec quæ Germanus occulit, Indus amat.  
Sunt in amore duces oculi: fovet usus amorem,  
osor amatorum tollit utrumq; locus.  
Sed tua, docte, fidem fallunt oracla, Menander,  
non quit amicitia rumpere vincla locus.  
Quos pietas olim stabili sibi fœdere junxit,  
nunquam disjungunt sidera, terra, mare.  
Scilicet has flammis animum præsentia servat:  
corporis heic oculus nil habet, omne animus.  
Virtutis meritiq; animus memor, altior ipsiq;  
Sideribus, temnit sidera celsa, solum.

SERVESTÆ excudebat Zacharias Dörfferus, Anno 1614.

Ergo bonis avibus, Christo duce, dulcis amice,  
ad sacrum recto tramite perge gregem.  
Semper honos nomenq; tuum meritumq; manebit  
nostro repostum pectore: noster eris.  
Nulla dies nullusve locus, sit terra, sit æther,  
vincula amicitia rumpere sacra queat.

M. Henricus Kitschius Lips.

Magna debentur magno pro munere grates  
soli DEO ter maximo:  
Qui pro VELLE suo confert mortalibus agris  
diversa passim munera.  
Quid Martine putas? Vix est præstantius ullum,  
quàm quo beavit te DEUS.  
Hactenus ante oculos falcem Libitina pererrans  
impunè strinxit noxiam:  
Abripuit multos & cæcis condidit umbris,  
quos mallet orbis vivere.  
Te placidè voluit summi Indulgentia cœli  
aurã fruisi liberã:  
Te maris in medio tutum stabilivit: amico  
dum respicit te lumine.  
Si forsã rogitet quis, quæ sit causa, Jehova  
cur te reservet sospitem:  
In promptu est: latè per te sese explicet alia  
Ut veritas, Christus jubet.  
Grator; & ò sanctum nisum precor esse saluti  
multis, & ipsi Principi!  
Invida turba equidem tonat: adest ne stridula nostrã,  
turbet procella, pectora.  
Sit licet in VERVM facies austera superbi  
hostis, struentis retia:  
Illud disjuncti tamen extendamus ubivis  
favore freti Numinis:  
Sede beatorum donec nos horula jungat,  
ò grata nobis horula!  
Abrah. Cremerus eccl. Serv. ad Barth. min.

AD PATRIAM.

Nescio, quo tandem cum fato, ò patria tellus,  
Priventur tantis pulpita sacra viris.  
Tantillo tantis privari tempore sacra  
Mythis, res fato est non caritura suo.  
AMLINGUM rapuit sacris mors invida rebus,  
ULRICUM rapuit mors inopina sacris.  
Invida Mors istos rapuit Tibi: reddidit istis  
FUSSELLIUM, multa reddidit arte parem.  
Reddidit arte virum variã, variisq; Jehova  
Dotibus, ingenio mente fideq; parem.  
Reddidit & Pietate parem. Cum Principe tantum  
Audiit & stupuit Curia Plebsq; virum.  
Reddidit, & rapuit, qui reddidit. At benè: magno  
FUSSELLIUM servat Jhova Diesq; bono.  
Quare, quem tantis retines cum Principe tempus  
Nisibus in præsens Curia Plebsq; virum:  
Noli vicino, revocat quem Jhova, deinceps  
Ascanis ò tandem terra negare solo.

M. Petrus à Jhena Schola Servest. Senatoria  
Pedagogus ἀνορχιδιάσι F.

BRONNICA

# ION MARIANO FUSSELLIO

SECRETARIO NOTARIALI BRASILEIRO

RESOLUÇÃO Nº 1.000, DE 15 DE ABRIL DE 1954  
O Senhor Doutor José de Barros e Silva, advogado, residente em São Paulo, Estado de São Paulo, requer a expedição de uma carta de nomeação para o cargo de Secretário Notarial do Município de São Paulo, em substituição do Sr. João de Deus, falecido.

1. Nome do requerente: José de Barros e Silva  
2. Cargo: Secretário Notarial do Município de São Paulo  
3. Local: São Paulo, Estado de São Paulo

Ho

Em São Paulo, em 15 de Abril de 1954, eu, o Sr. João de Deus, Secretário Notarial do Município de São Paulo, em substituição do Sr. João de Deus, falecido, expedi a presente carta de nomeação para o cargo de Secretário Notarial do Município de São Paulo, em substituição do Sr. João de Deus, falecido, para o Sr. José de Barros e Silva, advogado, residente em São Paulo, Estado de São Paulo.





Nr 3027.

8

ULB Halle 3  
002 804 379




77 → 01

VJ 77

Retros

M







DN. M. MARTINO FUSSELIO

CONSILIARIO ECCLESIASTICO BRANDEBURGICO,  
VERBI DIVINI IN ECCLESIA ORTHODOXA COLONIÆ AD SVE-

vum, felicibus auspiciis, nascente & crescente, primario præconi: Cum à Serenissimo Electore  
Brandenburgico JOHANNES-SIGISMUNDO & C. (ò felix! ò faustum!) ex Anhaltinatu in Marchiam, ad sanctam sanctæ  
reformationis telam pertendendam, evocatus, clementissimo Illustrissimorum Principum Anhaltinorum indultu,  
magno sui apud priores auditores relicto desiderio, emigraret, s. Decemb. Anno 1614.

Scripta & consecrata ab amicis.

IN obitum } M. CASPARIS ULRICI } collegarum  
          } M. MARTINI FUSSELLII } unice  
          }                                  } dilectorum

Collegam abripuit mihi te mors immatura,  
CASPARE, ò animæ portio magna meæ!  
Collegam abjungit mihi te fors improvisa,  
MARTINE, ò animo multum adamate meo!  
Improba sed quem mors, quem fors rapit invida, quodã  
In cælo, fiet, reddat ut una dies.  
Corporis interea mole absens, pectore præsens  
Ut, MARTINE, tibi, sic tibi, CASPAR, ero.

M. Johannes Theopoldus.

Vive diu, sed vive DEO, Martine, piisq;!  
Fusseli, æternum vive valeq; tuis,  
Cætera quæ dulces tibi cunq; precantur Amici,  
Hæc facio toto pectore vota PETRUS.

Petrus Schuman.

LUCTA Anhaltinatus & Marchia.

FATA trahunt, retrahuntq; virum: mens fluctuat inter  
Ancipites curas: sed prece lucta cadit.

Dulce solum Sorabum se hoc hospite sospite jactat;

Invidet hæc Sorabum, Marchia, Fata solo.

Hic imã lolium nostris radice revellat,

Ex agris, Sorabum gens ait, arte sacrã.

Sors, insit, melior vestra est, gens Marchica, nostrã.

Jamdudum cultos vos habitatis agros:

Erramus miseri per inhospita tesqua, proculq;

Cernimus agricolis semina sacra jaci.

Cedite Marchiacis, Sorabum gens dives, egenis,

Ad nos è vestro flumina fonte fluant.

Audit hoc Numen, Sorabum gens audit. Eia

Quem petitis, vester sit maneatq;, virum.

Sed nostri memores olim, bene si bona nostis,

Estote, & matrem nos redamate piã.

M. Marc. Frider. VVendelinus gymn. Rect.

Lusus ex monostichis Poëtæ Megarenis: Haud sunt amici,  
qui procul degunt.

Ni tua, docte, fidem fallunt oracla, Menander,  
rumpit amicitia vincula sacra locus.

Testis adest ratio: flammæ nisi flatibus aura

præsens exercet, viribus orba cadit.

Nec gemmas Germanus amat, quas occulit Indus,

nec quæ Germanus occulit, Indus amat.

Sunt in amore duces oculi: fovet usus amorem,

osor amatorum tollit utrumq; locus.

Sed tua, docte, fidem fallunt oracla, Menander,

non quit amicitia rumpere vincla locus.

Quos pietas olim stabili sibi fœdere junxit,

nunquam disjungunt sidera, terra, mare.

Scilicet has flammæ animum præsentia servat:

corporis hæc oculus nil habet, omne animus.

Virtutis meritq; animus memor, altior ipsiq;

Sideribus, temnit sidera celsa, solum.

SERVESTÆ excudebat Zacharias Dörfferus, Anno 1614.

Ergo bonis avibus, Christo duce, dulcis amice,  
ad sacrum recto tramite perge gregem.  
Semper honos nomenq; tuum meritumq; manebit  
nostro repostum pectore: noster eris.  
Nulla dies nullusve locus, sit terra, sit æther,  
vincula amicitia rumpere sacra queat.

M. Henricus Kitschius Lips.

Magna debentur magno pro munere gratas  
soli DEO ter maximo:

Qui pro VELLE suo confert mortalibus agris  
diversa pasim munera.

Quid Martine putas? Vix est præstantius ullum,  
quàm quo beavit te DEUS.

Hactenus ante oculos falcem Libitina pererrans  
impunè strinxit noxiam:

Abripuit multos & cæcis condidit umbris,  
quos mallet orbis vivere.

Te placidè voluit summi Indulgentia cæli  
aurâ fruisçi liberã:

Te maris in medio tutum stabilivit: amico  
dum respicit te lumine.

Si forsàn roget quis, quæ sit causa, Jehova  
cur te reseruet sospitem:

In promptu est: latè per te sese explicet alia  
Ut veritas, Christus jubet.

Grator; & ò sanctum nifum precor esse saluti  
multis, & ipsi Principi!

Invida turba equidem tonat: astit ne stridula nostra,  
turbet procella, pectora.

Sit licet in VERVM facies austerã superbi  
hostis, struentis retia:

Illud disjuncti tamen extendamus ubivis  
favore freti Numinis:

Sede beatorum donec nos borula jungat,  
ò grata nobis borula!

Abrah. Cremerus eccl. Serv. ad Barth. min.

AD PATRIAM.

Nescio, quo tandem cum fato, ò patria tellus,  
Priventur tantis pulpita sacra viris.

Tantillo tantis privari tempore sacra  
Mythis, res fato est non caritura suo.

AMLINGUM rapuit sacris mors invida rebus,

ULRICUM rapuit mors inopina sacris.

Invida Mors istos rapuit Tibi: reddidit istis

FUSSELLIUM, multa reddidit arte parem.

Reddidit arte virum variã, variisq; Jehova

Dotibus, ingenio mente fideq; parem.

Reddidit & Pietate parem. Cum Principe tantum

Audit & stupuit Curia Plebsq; virum.

Reddidit, & rapuit, qui reddidit. At bene: magno

FUSSELLIUM servat Jhova Diesq; bono.

Quare, quem tantis retines cum Principe tempus

Nifibus in præsens Curia Plebsq; virum:

Noli vicino, revocat quem Jhova, deinceps

Ascanis ò tandem terra negare solo.

M. Petrus à Jhena Schola Servest. Senatoria

Pedagogus αυτορξεδιαστ F.

